

3400. VORLÄUFIGER ARBEITSTITEL: ZUR NATURPHILOSOPHIE: AUSZÜGE, MIT
EIGENEN BEMERKUNGEN, AUS KEPLER, BENTLEY CONNOR,
STILLINGFLEET, LOCKE
Vorläufige Datierung: um 1700

5

Überlieferung:

L Konzept: LH XXXV 15, 6 Bl. 28–29. 1 Bog. 2°. 4 S.

bearbeitet von Herma Kliege-Biller

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Sorgfältig geschriebener Text, keine flüchtige Exzerpthandschrift, mit Sicherheit
für eine außenstehende Person als Diskussionsgrundlage o.ä. verfasst. Entstanden nicht vor 1699 (2. Ant-
wort Lockes auf Stillingfleet)
10 [Thematische Stichworte:] —
[Einleitung:] —

Kepleri loca sunt multa meae de Corporis constitutione philosophis Consentanea. Tantum
15 quondam ex *Epitome Astronomiae* excerpere placet[.]

Lib. 1. part. 4. pag. 95. 96[.] tractat de impetu concepto, quomodo ejus opere corpora
circulariter mota excutiantur in linea recta.

p. 95. *In motu circulari violento si qua petunt medium totius rei mobilis, illa oportet esse
leviora reipsa mota, ut in vorticibus ligna et paleae sunt leviora, quam est ipsa aqua rotata in
20 gyrum. Ibi namque major a rotatione fit impressio in corpus aquae quod gravius est, ut impetu
ruat, et rectitudinem affectans extima Circuli petat, centrumque veluti exhauriat, quo facto
leviora innatantia, cum propter minorem impressionem motus in ipsa tardioremq[ue] motum
destituuntur, [. . .] tum etiam propter declivitatem Centri in medium naturaliter influunt.*

p. 96. *Ex diverso solet motus violentus horizonti parallelus cum gravia corripit incitare
25 illa si soluta a rota fuerint, et in lineam rectam a circumferentia circuli excutere[.]* (+ in
figura recta est tangens +)

14 loca (1) pl (2) sunt multa *L* 16 96 (1) in (–)tu ejus (2) de impetu (3) ait (4) tractat *L*

14 – S. 340004.16 Kepleri ... *materialis*: Die von Leibniz angeführten Seitenangaben der folgenden
Auszüge beziehen sich auf J. KEPLER, *Epitome astronomiae Copernicanae usitata forma Quaestionum et
Responsionum conscripta, inque VII. Libros digesta*, Frankfurt a. M. 1635.

p. 102. *Iners quidem est terra ad motum, eidemque aliunde illato quadamtenus resistit, at talia sunt omnia corpora quatenus corpora[.]*

lib. 1. part. 5. pag. 109. *Omne [. . .] materiatur quatenus tale, aptum est ibi quiescere, ubi solitarium ponitur [. . .] . Oportet igitur motum primum ascribere vel alicui facultati animali, subjectum motus informanti aut eidem assistenti, vel alicui potentiae naturali motrici intrinsecae[.]*

p. 116[.] *Naturalis inertia materiae globi secundum tractum axis, qui ut evertatur a suo situ, vi opus esset. Loquitur de terrae turbinatione tali, ut axis semper suam directionem servet[.]*

p. 117. *Cum [. . .] manifestum sit globum telluris informatum esse forma corporea . . . non [absurde] eidem formae tribuitur etiam haec constantia directionis axis in plagam semper eandem. (+ nempe vi activae insitae, sive impetui jam concepto id tribuendum +)*

p. 119. *Haud negaverim inertiam hanc materialem corporis telluris ad motum, et densitatem ejusdem (+ id est quantitatem materiae +) esse sedem in quam imprimitur impetus rotationis eodem modo quo id fit in turbine violenter circumacto, cujus quo ponderosior est materia (+ id est quo majoris in pari volumine Materiae quantitas +) [. . .] hoc diutius durat ab illa impressus motus; plumae vero et similia Corpora quae nullam habent (+ id est exiguam +) resistentiam, motum non facile concipiunt, nec scorpionibus aut fundis sunt apta . . . Motum, quem infert forma materiae, facultas vel anima suo corpori non solemus violentum reputare (+ id est meo sensu qui sequitur ex vi jam semel inexistente +) cum nihil sit magis naturale materiae quam sua forma; corpori quam sua facultas vel anima . . . Sic cursus animalium . . . pro violentis non habentur.*

p. 120. *Materialis inertia est subjecti loco [. . .] ad concipiendum impetum continuandamque rotationem.*

Et mox p. 120. 121. *Verisimile est hanc ipsam primae rotationis continuatam Speciem in terra transformatam esse seu coaluisse in talem formam corpoream et sic in fibras terrae, dispositas secundum ductum motus ipsius inolevisse, sic ut fibrae omnes intelligantur rectilineae ut prius dictum et axi parallelae, sed circulariter axem circumstantes velut subtegmina recta staminibus circularibus intexta. Nam si species motus ab extra illati potest abstrahi a causa movente [inprimique] in corpus turbinis mobile per quassationis seu flictus vim (durch den schwung) et in eo durare aliquandiu non obstante quod in eo tantum est hospes; sic ut corporis partes in motu constitutae alia aliam incitet, veluti motrix existeret ipsa, donec continuis offensionibus turbinis haec species motus victa temporisque diuturnitate debilitata paulatim intermoriatur: nihil igitur impedit, quin etiam hujus species motus quo Deus creator*

11 absurdae L ändert Hrsg.
30 inprimitque L ändert Hrsg.

14 est (1) ut (2) quantitatem L

25 Et mox p. 120. 121. erg. L

globum telluris primum incitavit arctius et durabilius in terrae corpus se insinuaverit, inque fibrarum Circularitatem et velut in formam corpoream specialem concesserit, non jam hospes amplius in terra ut illa in turbine, sed inquilina plane [seu] materiae suae victrix et domitrix existens. (+ Ex his patet Keplerum tam cognata constituere vim activam seu conatum, et
 5 formam corpoream, ut etiam unum putet posse in aliud abire, si initio hospes impetus, paulatim corpus sibi assuefeat. Etsi summam rei ignota tunc vera dynamica intellexerit, nempe in omni corpore inesse conatum continuum ex vi primitiva seu forma essentiali consequentem, qui per impetus externos tantum determinatur, unde vis secundaria, cui si organa assuefeant, ita ut sponte resultet, tum dicetur vis illa secundaria non esse hospes seu extranea sed
 10 naturalis +)

Pergit autor d. p. 121. p. 122. sicut (inquit) *prius causam directionis [. . .] satis probabiliter contulimus in formam corpoream secundum fibras rectas axi parallelas: jam multo probabilior fiet etiam altera globi informatio secundum fibras circulares indeque dependens facultas motoria. . . . Exemplum hujus fibrarum implexionis non geminae tantum ut hic, sed*
 15 *plane triplicis habent Medici in substantia ventriculi qui consimiliter inter tres illos fibrarum ordines implexos mutuo, tres ventriculi facultates distribuunt attrahentem, retentricem, expultricem.* (+ Haec ut bonum sensum accipiant sic intelligenda sint: Vim ipsam agendi esse insitam quod quidam tonum vocant, eam se exercere pro fibris, et ita inde oriri facultates, quae hac ratione mechanice explicantur, cum ex vi et organis inter se conjunctis resultent, ut in
 20 organo musico diversae sunt sonandi facultates pro diversis tubis. Ipse autem tonus est vis cuicunque corpori insita sed quae non nisi determinata exercetur, et simul tam mechanice ex fluido permeante, quam physice, ex activitate interna explicationem capit; quae in aggregato fiunt explicanda sunt mechanice, quae in monade seu substantia, physice +)

p. 122[.] *Etiam si haec forma corporea fibrarum solitaria motus causa statueretur, non*
 25 *esset tamen idem [. . .] quod movet et movetur. [. . .] Globus idem [ratione] fibrarum [rectarum] quiescet et motui substabit, ratione fibrarum circularium movebitur, earumque materiali ad motum inertia concipiet impetum, denique ratione formae per has circulares fibras porrectae movebit.* (+ Hic optime distinguit vim primitivam seu formam, vim secundariam seu impetum; et materiam seu inertiam. Sed nescivit omnem vim intrinsecam prae-
 30 suppositis tantum legibus motus (quae ex altioribus principiis oriuntur) mechanice explicari posse; neque adeo hic formam esse advocandam. +)

3 sed L ändert Hrsg. 7 inesse (1) vim (2) conatum L 7 continuum (1) sed (2) ex L 9 ut (1) ex internis et (2) sponte L 17 ipsam (1) inesse (2) inesse (3) adesse (4) agendi L 20 tubis (1) +) (2) . Ipse L 22 permeante, (1) et (2) quam L 23 in (1) uno (2) monade L 25 ratione ratione L ändert Hrsg. 28 distinguit (1) materia organa et mat (2) vim L

p. 123. (Organa) licet *ad motum sint aptata perfectissime[.] non tamen sunt Causa movens prima, sed animae saltem instrumenta ad corpus movendum[.]*

Constans hujus rotationis vigor seu celeritas aequabilis tutiora invenit in anima praesidia quam in facultate corporea. Oritur enim celeritatis hujus modulus ex proportionem quae est inter vires motoris, et inter inertiam seu resistantiam materiae nimirum ex illarum excessu 5 super hanc seu victoria ... et magis fida seu constans est vis animae quam forma corporea, quia anima quidem de sese secundos actus emittit sine damno fontis, cum sit Entelechia seipsam continue reficiens, forma vero corporea tempori subjecta est, nec sine detrimento perennat, imo [. . .] insensibiliter marcescat. (+ Hic autor inter animam et formam discrimen videtur ponere, quod natura non agnoscit.¹ Distinguendum potius puto inter Entelechiam 10 Monadica, et complexam. Monadica omnis immanescibilis est, Complexa perit cum organis. Complexa est vel primitiva vel secundaria, nempe quae consistit in nisu. Primitiva est tonica seu causa activa legum motus, perduratque cum materia; secundaria ipsa, etiam materia manente continue mutatur. Anima autem non magis se reficit quam alia forma simplex. Ambae enim perennant, sed nulla forma complexa sive corporis animati sive inanimati se conservat, 15 etsi in animatis sit durabilior ob organa aptiora +)

p. 124[.] *Ipsa motoris hujus origo prius tradita nobilius et augustius aliquid prae se fert forma corporea. Nam si est species abstracta seu defluxa a prima causa movente, [. . .] nimirum ab ipso Deo; quid aliud erit quam primum movens[.] ipsum non mobile id est anima.*

Subjicit deinde p. 126[.] animam Telluris sua expedire *instinctu primaevio, non discursu.* 20

[p. 506.] lib. 4. part. 2. p. 10. *Additae sunt (+ ab Aristotele et scholasticis praeter intelligenti(as) +) animae motrices orbibus ipsis arctius alligatae, eosque informantes; quod (ut) potentia motus ratione spatii trajiciendi finita esset nec infinitae celeritatis esset motus sed tempore descriptus ad spatium admenso,*

p. 508. *potentiae naturales insitae corporibus [. . .] planetarum praestare [. . .] possunt, 25 ut planetae de loco in locum transferantur.*

p. 510. *Etsi globus aliquis coelestis non est sic gravis, ut aliquod in terra saxum grave dicitur ... habet tamen ratione suae materiae naturalem [. . .] inertiam ... Inde vero ex situ et quiete sua ut emoveatur, opus est [. . .] potentia aliqua, quae sit amplius quiddam quam sua materia et corpus nudum, quaeque inertiam hanc ejus naturalem vincat. Nam talis facultas 30 jam est supra naturae (+ nego: materiae +) ingenium, formae soboles, aut z(90)+vitae index.*

¹ Am Rand: NB

10f. Entelechiam (1) Monadica, seu (a) resultantem (b) ex pluribus resultantem quae fit si forma corporea vocetur, utique (aa) dele (bb) perit. (2) |primitivam erg. u. gestr. |Monadica L 11f. perit (1) . Utraque (2) sive (3) |cum organis erg. | . Complexa L 12f. est (1) causa (2) tonica ... activa L 13 motus, (1) secundaria est (2) perduratque L 18f. movente, (1) nempe a Deo (2) nimirum ... Deo L 20 p. 126 erg. L 23 motus (1) finita esse de (2) ratione L

p. 511. *Si nulla esset inertia in materia globi coelestis, quae sit ei velut quoddam pondus, nulla etiam opus esset virtute ad globum movendum (+ hic praeclare notavit Copernicus pondus gravium respondere inertiae materiae +) et posita vel minima virtute ad movendum, jam causa nulla esset, quin globus in momento verteretur ... Hinc apparet inertiam materiae non esse ad virtutem motricem ut nihil ad aliquid (+ accurate loquendo potentiae motrices sunt inter se in ratione aliquo modo reciproca inertiarum +) [.] Unicus motor sua rotatione movet sex globos [...] quod si globi nullam haberent naturalem renitentiam [...] causa nulla esset quin motoris sui turbinatorem exactissime sequerentur et sic cum ipso uno et eodem tempore converterentur. Jam [...] omnes quidem in eam plagam eunt, in quam motor turbinatur, nullus tamen celeritatem motoris sui plane attingit sed alius alio segnior sequitur. Miscent ergo celeritati motoris suam materiae inertiam in certa proportionem.*

p. 512. *Qua vi suspendis globos, [...] terram praesertim sic ut quilibet inter metas maneat suae regionis destitutus licet solidis illis orbium vinculis. Re. Cum certum sit solidos orbis nullos esse, necesse est, ut confugiamus ad hanc inertiam materiae[.]*

p. 520. *Pugnant [...] inter [se] potentia solis vectoria et impotentia planetae seu inertia materialis[.]*

Rich. Bentejus in cap. confut. Atheismi ex ortu et Compage Mundi parte 2[.] pag. 321. versionis Latinae: *Fundamento jam substrato ceu veritati solidissime adstructae porro inaedificatur sum: nimirum omnia corpora [gravitare] pro quantitate materiae, ita tamen si [...] aequaliter distent a centro in quod gravitant, magis remota vero esse leviora proportionem duplicata reciproca ad distantiam.*

p. 322. *Postquam gravitas deprehensa est proportionalis [...] quantitati materiae inde manifesta infertur necessitas admittendi vacuum [...] (alioquin) omnia corpora quorum aequales essent dimensiones aequalem quoque continerent materiae quantitatem, et consequenter per modo dicta aequalis [...] essent gravitatis[.]*

3 gravium (1) proportionale ess (2) respondere L 6 inertiarum +) (1) Adde quod (2) Unicus L 14 materiae[.] (1), qua fit ut globus aliquis quocunque Mundi loco collocatus extra vires motrices, illo loco quiescat naturaliter ob id ipsum, quia materia (2) p. 520. L 15 [se] erg. Hrsg. nach Kepler 20 gravitate L ändert Hrsg.

18 – S. 340005.24 Rich. Bentejus ... suppediabit: Die von Leibniz angeführten Seitenangaben der folgenden Auszüge beziehen sich auf die lateinische Übersetzung von D. E. Jablonski (*Stultitia et irrationalitas atheismi*, Berlin 1696) von R. BENTLEY, *The Folly and Unreasonableness of Atheism ... In eight sermons preached at the lecture founded by ... R. Boyle*, 8 Tle, zunächst einzeln London 1692 u.ö., Gesamtausgabe London 1693.

p. 324. *Necessario sequitur dari vacuum, et [. . .] meram et simplicem extensionem seu spatium diversissimae naturae et conceptus esse a reali corpore et substantia impenetrabili.* (+ ostendit mox (ex hypothesi) spatium vacuum millionum millionum millionibus excedere materiam contentam. Et hinc si materia per mundum sit aequaliter distributa, magnum inter partes intervallum fore, ad speciem Chaeos daturum. Quaeritur quomodo hinc systemata? Ex solo mutu atomorum non apparet quomodo fiant systemata. Fore ut si duae tantum naves essent in mari decies millies majore quam est superficies terrae. Deinde unde revolutiones [+] Confugiendum ergo ad attractionem, sed ait p. 340. *mutuam gravitatem seu spontaneam attractionem neque materiae essentialiter adhaerere, neque nisi numinis potentia impressam infusamque eidem supervenire posse[.]*

p. 350. *Per attractionem . . . eam materiae vim et qualitatem volumus cujus ope universae materiae particulae mutuo attrahantur sive mutuo ad alias quascunque tendant, [. . .] ita ut ex. gr. duae in vacuo ab invicem segregatae Atomi sponte sua nullo externo corpore impellente sint coiturae.*

[p. 353.] *Prorsus [. . .] concipi nequit quo pacto materia bruta ac inanimata nullo intercedente Ente immateriali in materiam aliam operari eamque afficere possit absque contactu mutuo corporave ab invicem distantia in se mutuo per vacuum agere interveniente nihilo cujus ope actio ab uno corpore ad aliud transferri queat.*

p. 354[.] *Quod si (ea vis materiae) non sit essentialis manifeste consequitur [. . .] nunquam eidem superventuram fuisse nisi incorporea et divina potentia ei impressam atque infusam[.]*

p. 355. *Si firma ratione demonstretur ejusmodi vim gravitatis revera existere, atque in praesentis systematis constitutione perpetuo se exerere? Ea res utique novum et invictum pro asserenda Numinis existentia argumentum nobis suppeditabit[.]*

Connor autor Evangel. Med. art. 14. p. 170. arcanum quendam modum ait esse efficiendi ut idem corpus, non tamen eadem persona sit simul in locis diversis[.] Itaque cum Lockius in

3 (ex hypothesi) erg. L

3 mox: S. 329. 4 Et hinc: S. 331. 25 –340007.4 Connor ... action: Die von Leibniz angeführten Seitenangaben der folgenden Auszüge beziehen sich auf E. STILLINGFLEET, *Answer to Mr. Locke's second letter wherein his notion of ideas is prov'd to be inconsistent with it self, and with the articles of the Christian faith*, London 1698. 25–S. 340006.9 Connor ... advice: vgl. E. STILLINGFLEET, a. a. O., S. 61 mit Zitat von J. LOCKE *An Essay concerning Humane Understanding* (IV, 18, 5; London 1690 [Marg.], S. 350) und Bezugnahme auf B. CONNOR (O'Connor), *Evangelium medici, seu Medicina mystica de suspensis naturae legibus sive de miraculis*, London 1697, art. XIV: *An multiplex potest esse corporis humani praesentia*, S. 160–171, hier S. 169 f.

Tentamine de intellectu lib. 4. c. 18. sect. 5. dixisset: *That in propositions whose certainty is built on clear and perfect ideas and evident deductions of reason, there no proposition can be received for divine revelation which contradicts them, from hence M. Lock concludes it impossible for the same body to be in two places at once.* Stillingfleetius in responsione ad
 5 secundam Lockii Epistolam p. 61. relatis his Lockii verbis subjicit: *And yet there is a person who hath lately told the world that there is one certain secret way how by divine power the same body but not the same person may be in very distant places [. . .] but he is advised to keep it up as a secret ubi subjicit Stillingfleetus irridens: which was good friendly advice.*

10 Stillingfleet p. 93. secundae responsionis Lockio datae: *Aristotle said this (naturam esse substantiam vel substantiam esse naturam) because he took Nature for for such a substance as had the power of motion in it self. I do not deny but he look'd on that as the proper acception of nature; but from hence it follows, that whatever Substance had such a principle of motion in it self, was truly and properly nature, not as exclusive of a superiour principle of motion, but*
 15 *as having an internal self-moving principe (+ Nempe paulo ante dixerat p. 91. Aristotle did not make motion to arise from matter but asserted it to come from a first mover and said, that those philosopher[s] talked like men not well in their wits, who attributed motion to matter of it self, as I could easily prove if it were needful +)[.] Pergit p. 93. And herein Aristotle differed from some modern philosophers who make all motion to come from the impulse of another*
 20 *body and to be a meer mode of matter continued from one body to another. I confess Aristotle was of another opinion from those Gentlemen, and look'd on motion as an effect of an inward principle, and not meerly of an external impulse: but whether Aristotle were mistaken herein is not the question; and it is possible he was not[.]* Itaque Autor ait Aristotelem non deducere motionem (originarie) ex materia, sed ex primo motore, eundem tamen dare sub-
 25 *stantiae corporeae principium motus internum, scilicet ab autore rerum ipsi inditum additque fortasse eum in hac re non falli. Et mox p. 94. He takes nature for such a substance which hath the principles of motion and rest within it self and by it self, which he opposes to artificial things, as a Bed or a Garment. And as much as this definition hath been run down by some*

1 dixisset: (1) in propositionibus quarum certitudo inaedificata est claris et perfectis ideis evidentibus consequentiis, nullam propositionem pro divinibus revelata haberi posse quae illis contradicat; (a) inde (b) atque inde conclusisset, idem corpus non posse esse in pluribus locis (2) *That L* 4 once. (1) Mons. (2) Stillingfleetius *L* 18 p. 93. (1) It on (2) *I confess Aristotle was of another opinion* (3) *And L* 23 Aristotelem (1) nega (2) negare motionem oriri ex materia, sed (–) (3) non *L*

10f. naturam ... naturam: vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, V, 4, 1015 a. 26–28 *He ... Garment:* vgl. ARISTOTELES, *Physica*, II, 1, 192 b 8–17.

men; if we set aside some affected obscurity in his philosophical writings, there is no such absurdity in it; when he explains himself not to understand it of meer local motion or change of place, but of all alteration[s] incident to bodies. So that nature in his sense was a substance endued with a principle of Life and action[.]

Juvenis olim diss. scripsi quam Spizelius Epistolae ad Reiserum suae de Atheismo adjecit, 5
qua ostendere conatus sum connexionem partium materiae non posse explicari, nisi recurratur
ad Deum. Et Lockius Tent. de intellectu lib. 2. c. 23. sect. 24. 25. *wherein consists the union
and cohesion of [its] parts [. . .] seems to me as incomprehensible as the manner of thinking
and how it is performed.* Et c. 23. sect. 31. *that the notion of body is cumbred with some
difficulties which are very hard and perhaps impossible to be explained or understood by us.* 10

Lockius 2^{da} resp. Stillingfleetio data p. 395. *Matter in general is a [solid] extended
substance, and [. . .] an horse is [. . .] an extended [solid] substance with sense and
spontaneous motion.*

p. 404[.] *Gravitation of matter towards matter, and in the several proportions observable
inevitably shows that there is something in matter that we do not understand, unless we can
conceive self-motion in matter, or an inexplicable and inconce[i]vable attraction in matter.* 15

p. 408[.] *It is true I say (Essay Book 2. ch. 8 § 11) that Bodies operate by impulse
and nothing else, and so I tought when I writ it, and yet can conceive no other way of their
operation. But I am since convinced by the judicious M^r Newtons incomparable Book, that is
too bold a presomtion to limit God's power in this point, by my narrow conceptions. The
gravitation of matter towards matter by ways inconce[i]vable to me is not only a demons- 20
tration that God can if he pleases put into bodies powers and ways of operation above what
can be derived from our idea of body, or can be explained by what we know of matter, but also
an unquestionable and every where visible instance that he has done so. addetque se proxima
libri sui editione haec mutaturum.* 25

5 olim (I) aditi (2) diss. L 5 Spizelius (I) libro (2) Epistolae L 6 nisi (I) ex <divina ins> (2)
recurratur L 11 solided L ändert Hrsg. 12 solided L ändert Hrsg. 24f. addetque ... mutaturum.
erg. L

5–7 diss. ... Deum: vgl. LEIBNIZ, *Confessio naturae contra Atheistas*, in G. SPITZEL, *De atheismo
eradicando ad virum praeclarissimum Dn. Antonium Reiserum Augustanum, etc. epistola*, Augsburg 1669,
S. 125–135. 7–10 *wherein ... us*: vgl. J. LOCKE, *An Essay concerning Humane Understanding* London
1690 [Marg.], II, 23, 24 f. u. 31, S. 144 u. 146. 11–25 Lockius ... *mutaturum*: Die von Leibniz
angeführten Seitenangaben der folgenden Auszüge beziehen sich auf J. LOCKE, *Reply to the ... Bishop of
Worcester's Answer to His Second Letter*, London 1699. 11 p. 395.: Zitat auf S. 396. 17 *Essay*: vgl.
J. LOCKE *An Essay concerning Humane Understanding* (II, 8, 11; London 1690 [Marg.], S. 56).

Materia sec. Newtonum, Lockium, Bentlejum agit in distans; quod si tanto vigore ageret, quanto ex vicino, oriretur id ipsum quod nos praesentiam appellamus substantialem sed non dimensionalem, posito eodem prorsus modo agere, quo si vicinum esset, et in omnibus, nam si solum ageret alio aliquo modo ut attractionis, non esset nisi virtualis praesentia, sed si per
5 omni virtute, seu per omnia eodem modo tota substantia esset praesens.

1–5 quod ... praesens. *erg. L*